

C93h


Close &
Stacks


THE UNIVERSITY
OF ILLINOIS
LIBRARY

580.7
C73h

BIOLOGY

UNIVERSITY
OF ILLINOIS
LIBRARY





CASPARI COMMELIN M. D.

*Botanices Professoris, & Academiae Caesareae
Naturae Curiosorum Collegae*

18376
280
500

HORTI MEDICI

AMSTELÆDAMENSIS

PLANTÆ

RARIORES ET EXOTICÆ

*Ad vivum aeri incisa.
Chas. F. Hottel*



LUGDUNI BATAVORUM,
Apud FREDERICUM HARINGH. 1706.

UNIVERSITY OF CHICAGO

Department of Chemistry
Chicago, Illinois

ROBERT M. HARRIS

PH.D. 1911

R. L. A. N. T. F.

EXOTIC

1911

LIBRARY

580.7

C734

NOBILISSIMIS AMPLISSIMIS

E T

GRAVISSIMIS VIRIS

D. NICOLAO WIJSEN J. U. D.

D. JERONIMO DE HAAZE DE

GEORGIO J. U. D.

D. GERBRANDOPANCRAS J. U. D.

D. JOANNI GRAAFLAND J. U. D.

AMSTELÆDAMENSIS

REIPUBLICÆ CONSULIBUS,

NEC NON

NOBILISSIMIS AMPLISSIMIS

E T

GRAVISSIMIS VIRIS

D. JOANNI CORVER J. U. D.

D. JOANNI DE VRIES.

D. THEODORO BAS. J. U. D.

D. FRANCISCO DE VICQ.

D. FRANCISCO DE VROEDE J. U. D.

Viris Consularibus

DOMINIS SUIS & MÆCENATIBUS
PERPETUUM VENERANDIS

H A S

PLANTAS RARIORES ET EXOTICAS

EA, QUA DECET, REVERENTIA
D. D. D.

CASPARUS COMMELIN.

LECTORI
BOTANOPHILO

S. D. P.

CASPARUS COMMELIN.

Prodierunt nuperrime prælu-
dia mea botanica una cum
iconibus & descriptionibus
plantarum rariorum & exo-
ticarum in præludiis recensitarum, re-
stabant plurimæ in Horto Medico, &
interim multæ accesserunt, quarum ali-
quas nunc una cum iconibus tibi, Lector
Botanophile, exhibere volui, iconibus

* 3

ad

ad eandem cum iis, quæ post præludia
habentur, magnitudinem æri incisæ,
ut uterque liber vel conjungi vel se-
paratim servari queat.


Ea est in Horto Amstelædamensi
publico plantarum rariorum & exoti-
carum copia, ut novam semper suppe-
ditet ignotas describendi materiam,
undique enim & continue nova femi-
na, novæ afferuntur plantæ, uterque
Orbis & Africa novas ignotasque plan-
tarum quotidie largiuntur species, qui-
bus contemplandis Botanophylus si
non satiari, saltem ingenium suum ex-
colere possit. Utriusque Orbis aut A-
fricæ sunt femina, quæ plantas has de-
scriptas produxerunt, ex Africa enim
à Nobiliss. Promontorii Bonæ Spei
Gubernatore D: Wilhelmo Adriano
van der Stel quotannis Nobiliss. &
Amplissimis Horti Medici Curatoribus
D.

D. Francisco de Vroede Viro Consulari, & D. Gerbrando Pancras Confuli mittuntur femina, inter quæ nova nec visa aliis semper inveniuntur, hæc causa est, quod inter eas, quas hæcenus descripsi & nunc descriptas exhibeo, plantas rariores, Africanarum semper numerus sit maximus; inter Aloes, quarum species præterita æstate in Horto Medico demonstravi quadraginta & octo, triginta & tres Africanæ numerantur, quæ omnes læte in Horto Medico vigent, & quarum species septendecim omnino floruerunt, harum aliquæ singulis annis semel dumtaxat, aliæ nullo servato tempore bis terve quotannis floribus suis aspectu jucundissimis hortum exornant, Botanophilos sua jucunditate perfundunt & vehementer delectant: quamdiu exotica-


2
ticarum rariorumque plantarum nu-
merus in horto crescit, & D. O.
M. mihi vitam sanitatemque largi-
tur, eas tibi L. B. negabo nunquam.
Vale.

Dabam Amstelædami
VI. Idus Januarii MDCCVI.

Spiræ



SPIRÆA AFRICANA FOLIIS CRUCIATIM POSITIS *Fig. 1.*



P. Slayter sculpit

Spiræa Africana foliis cruciatim positis.

EX radice lignosa caulis prodit rotundus, tenuis & fuscus, qui vix pedem altus in varios divaricatur ramos, primo virides & tenues, dein fuscus & lignosus, ramulis cruciatim folia nullo sustenta pediculo adstant parva, angusta & viridia, hi ramuli singulis annis in alios dividuntur, quorum cacumina flores ornant rosacei & albicantes, in quibus stamina apparent in luteos apices exeuntia, flore evanescente pistillum, quod ex calyce surgit, in fructum mutatur è quinque siliquis subviridibus & simul junctis compositum, quæ semen continent oblongum, quod cum nigredine splendet. Hæc cum tertia specie certum in horto publico florendi tempus habet nullum, florent enim nunc vere, nunc æstate, autumno & aliquando ipsa hyeme. Semina hujus cum sequentium duorum fruticum seminibus ex illa Africæ parte, quæ Promontorium Bonæ Spei audit, *Hyperici Africani frutescentis* nomine mittuntur, quo nomine etiam in codice Nobiliss: & Ampliss. Consulis Nicolai Witsen duæ sequentes *Spirææ* depictæ exhibentur.

A

Spiræa

*Spiraa Africana odorata, floribus suave
rubentibus.*

R Adices habet etiam hæc Spiræa lignosæ, è quibus caulis producit lignosus & fuscus, qui præcedente paulo crassior, humilios tamen, in varios & plures dividitur ramulos, folia ejusdem cum præcedente sunt longitudinis, sed paulo latiora, nullo intermedio pediculo annectuntur ramulis, ad unum omnia odorem spirant penetrantissimum, in ramulorum cacumine flores apparent pulcerrimi, qui magna cum amœnitate suave rubent, & odorem ut folia emittunt si agrantissimum, in florum medio stamina videntur, quorum apices rubescunt, siliquæ subrubentes quinque florem evanidum sequuntur, quæ ut in aliis speciebus simul junctæ sunt & in singulis semen nigrum & splendens continent. In Horto Medico singulis annis verno tempore floret, in Africa autem (ut codex habet Nobiliss: & Ampliss: Consulis D: D: Nicolai Witsen) floret Octobri, & locis invenitur altioribus juxta montes sitis.

Spiraa

SPIRÆA AFRIC: ODORATISSIMA FLOR: SUAVE RUBENT. *Fig. 2.*



OF THE
UNIVERSITY OF ILLINOIS

UNIVERSITY OF ALABAMA
LIBRARY

1971 7
1971

UNIVERSITY OF ALABAMA
LIBRARY

SPIRÆA AFRIC: ODORATA FOLIIS PILOSIS.

Fig. 3.



Spiræa Africana odorata foliis pilosis.

CRassioem altioemque caudicem eumque fuscum radices lignosæ producunt, in varios etiam divaricatur ramos hujus Spirææ caudex, virides primo & pilosos, dein fuscos & glabros, ramuli nullo habito ordine foliis vestiuntur angustioribus & maxime pilosis; flores, qui ramulorum cacumina exornant, albent, staminum apices flavent, pistillum in siliquas abito quinque simul junctas & virides, quarum singulæ semen includunt nigrum & splendens, hoc tamen proprie habet hæc Spiræa, quod apparentibus siliquis flores tamen non decidant, nisi siliquæ cum seminibus maturuerint: flores & folia odorem spirant fragrantem, sed minus acutum quam præcedentis folia & flores. Incolæ Promontorii Bonæ Spei, qui *Hottentotti* dicuntur, foliorum hujus Spirææ magnam colligunt quantitatem, quibus siccatis caput & vestes odoris & ornamentis causa conspergunt: locis iisdem cum præcedente crescit, & floret Septembri, ut notatur in codice Witsiano.

Melianthus Africanus minor fœtidus.

TRium quatuorve pedum altitudinem habet hic Melianthus, caulis rotundus & simplex in ramos dividitur, folia, quæ hos ambiunt, conjugata sunt, & medio nervo alato ex adverso adhærent bina, uno impari extremitatem claudente, profunde per ambitum serrata sunt omnia, parte superiore herbaceo virent colore, inferiore albicant: ex foliorum alis pediculus exsurgit, qui racematim flores septem octove ex parvis petiolis dependentes sustinet, quibus singulis foliolum subjicitur viride, ut in vulgari Meliantho, hi flores anomali sunt, qui è quatuor petalis croceis constant, simulque junctæ flabelli instar dependent; calyx inæqualiter trifariam dividitur, qui liquorum continet nigricantem & dulcem, stamina quatuor in luteos apices terminantur, pistillum in fructum excrescit membranaceum in quatuor loculamenta divisum, quæ semina continent rotunda & nigra; certum florendi tempus observat nullum, nam quovis floret.

MELIANTHUS AFRIC. MINOR FŒTIDUS.

Fig. 4.



LIBRARY
OF THE
UNIVERSITY OF ILLINOIS

LIBRARY
OF THE
UNIVERSITY OF ILLINOIS

JASMINUM AFRICANUM FOLIIS SOLITARIIS. *Fig. 5.*



*Jasminum Africanum foliis solitariis floribus
vulgatiori similibus.*

R Adices lignosæ arbusculam proferunt quinque pedes altam totamque viridem, caulem habet hoc Jasminum rotundum & viridem, ex foliorum alis rami proveniunt, folia viridia sunt; parvo sustentantur pediculo, & in acumen exeunt, in ramulorum cacumine tres plerumque apparent gemmæ oblongæ, quæ è purpureo & albo colore rubent, & tandem in florem excrescunt monopetalum infundibuliformem, qui plerumque in quinque rarissime sex (ut in appiçto flore) dividitur segmenta, intus albeni omnes, foris punicant, & odorem spirant fragrantem; fructum hætenus in Horto Medico produxit nullum, ex bacca tamen unico semine facta provenit Jasminum hoc, quod æstivo tempore floret.

*Jasminum Africanum ilicis folio; flore
solitario, ex foliorum alis proveniente, albo.*

CAulem scabrum, inæqualem, rotundum & fuscum habet hæc nova Jasmini species, humanam altitudinem sæpe superat, in varios dividitur ramos, qui cum caule infirmi & fragiles sunt, ramulis folia absque ullo pediculo annectuntur numerosa, acuminata, lata, rigida, hirsuta, & per ambitrum serrata, quo junior planta, quo majora & latiora folia sunt, quo annosior, eo ipsa minora; ex foliorum alis imperianthio quinquifido flos exsurgit monopetalus, albus, quinquifidus & infundibuliformis, cujus pistillum in baccam abit primo viridem & per maturitatem nigram, unico rotundo semine foetam; flores odorem spirant, ut vulgatoris, fragrantem. Locis humidis in Promontorio Bonæ Spei reperitur, & Septembri floret, ut notat Codex Witlianus; in Amstelædamensi horto quocunque anni tempore floret.

Ketmia

JASMINUM AFRICANUM ILICIS FOLIO.

Fig. 6



LIBRARY
OF THE
UNIVERSITY OF ILLINOIS

LIBRARY
OF THE
UNIVERSITY OF ILLINOIS

KETMIA AFRIC: VESIC: UVÆ CRISPÆ FOLIIS .

Fig. 7.



P. S. Sculp.

*Ketmia Africana vesicaria uva crispa foliis,
flore spirali sulphureo.*

CAulis rotundus, ruber & inæqualis est, in ramulos varios divaricatur; raro integra arbuscula quinque pedum altitudinem superat: folia parvo pediculo ramulis annectuntur, maxime virent & in plures lacinias dividuntur, ex foliorum alis pediculi oriuntur digito longiores, ex quorum summitate in calyce quinquifido flores dependent pentapetali sulphurei, quorum petala in spiram contorta sunt omnia, fructus, qui florem sequitur, in calyce vesicario absconditur, in quinque loculamenta dividitur semina parva continentia: prima æstate in horto Amstelædamensi floret, rarissime semina perficit.

Centaurium minus Africanum arborescens

latifolium flore ruberrimo.


Idem Angustifolium.

Utrumque hoc Centaurium minus caulem habet rotundum, viridem, foliorum stygmata, quibus junior caulis ornabatur, per ætatem retinentem, varios emittit hic caulis ramulos, quibus undique folia adstant in una specie alterius foliis paulo latiora, tamen angusta satis in illa specie, quæ respectu alterius Latifolium Centaurium dicitur, longitudinem si respiciamus, habent enim maximam affinitatem cum foliis dracunculi hortensis, sed viridiora sunt magisque splendent, utriusque ramulorum cacumina floribus ornantur ruberrimis, qui infundibuliformes sunt & pentapetaloides, cujus tamen folia angustiora sunt, florem aliquando habet hexapetaloidem; fructus, qui utriusque florem sequitur, rotundus est, in duo dividitur loculamenta & parva semina continet: utraque species per integram floret ætatem.

Cen-

CENTAURIUM MINUS AFRIC: ARBORESCENS.

Fig. 8.



of the
UNIVERSITY OF ILLINOIS

LIBRARY
OF THE
UNIVERSITY OF ILLINOIS

VARIOR: 2. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

CENTAURIUM MINUS AFRIC: ARBORESCENS PULPIFERUM. *Fig. 1.*



Centaurium minus Africanum arborescens
pulpiferum.

A Liam etiam Centaurii minoris arborescentis speciem alit hortus Amstelædamensis, cujus rami sunt copiosiores & in plures minores dividuntur, caulem habet rotundum sed præcedente lignosorem, foliorum stygmata etiam reservantem, folia breviora & angustiora sunt, cum *foliis Centaurii lini foliis & facie, flore amplo suave rubente capitis Bonæ Spei Breyn: Prod: 2. conveniunt, quod Rapuntii affinis nomine in Centuria prima pag: 175. descriptum delineatumque Breynius exhibet: ramulorum cacumina flores exornant monopetali infundibuliformes & quinquefarium divisi, rubicundi, & floribus præcedentis quadruplo minores, flores fructus sequuntur oblongo rotundi, molles & pulpam continentes, qui semina parva includunt; quocunque ferme anni tempore flores gerit & fructus.*

B

Fabago

*Fabago Africana arborescens flore sulphureo,
fructu rotundo.*

HUjus Fabaginis Africanæ arborescents ramorum & caulix cortex exterior scaber & inæqualis, interior autem viridis est, planta integra trium quatorve pedum altitudinem habet, folia gemina absque ullo pediculo ex eadem sede provenientes totidem sibi habent opposita, quæ parva sunt, viridia & crassa, ex foliorum alis pediculi oriuntur parvi & virides, qui in calyce quinquifido florem sustinet unicum pentapetalum seu rosaceum & luteum, in cujus medio stamina videntur multa ejusdem coloris, florem fructus sequitur rotundus, casei instar compressus, quinque capsularis totidem semina plana continens. In horto Amstelædamensi media floret æstate, & hyeme semina perficit. In Africa etiam, ut notat Codex Witsonianus, augusto floret, locisque crescit apricis.

Colutea

FABAGO AFRIC: ARBORESCENS FLORE SULPHUREO.

Fig. 10.



HERBARIUM
MUSEI HIST. NAT.
MUSEI HIST. NAT. MUSEI HIST. NAT.

P. J. V. 1810

LIBRARY
OF THE
UNIVERSITY OF ILLINOIS

LIBRARY
OF THE
UNIVERSITY OF ILLINOIS

COLUTEA AFRIC: SENNÆ FOLIIS, FLORE SANGUINEO. Fig. 11.



*Colutea Africana, senna foliis, flore
sanguineo.*

Altitudinem habet hæc Colutea ferme humanam, caulis vix digito crassior est, qui in varios ramulos dividitur, folia per conjugationes costæ innascuntur parva & viridia, in ramulorum cacumine ex foliorum alis pediculi digito longiores proveniunt, qui in minores divisi flores sustinent papilionaceos rubros, quorum vexillum macula notatur lutea, ex cujus calyce pistillum surgit, quod in capsulam excrescit membranaceam, crassam, fuscam & vesicariam, quæ semina subnigra & reniformia continet. Media floret æstate & autumno semina perficit.

Colutea Africana humilis, flore sanguineo,

Crotolaria siliquis.

Rotundi & herbacei cauliculi singulis annis ex radice perenni & vivaci proveniunt, quibus undique folia adnascuntur conjugata, angusta & viridia, ex foliorum alis, quæ in cauliculorum extremitatibus nascuntur, in pediculo rotundo & viridi flores crescunt ruberrimi papilionacei, quorum pistillum in siliquam abit oblongam vesicæ instar inflatam, quæ siliqua ejusdem est magnitudinis & figuræ ac siliqua *Crotolarie Asiaticæ folio singulari verrucoso*, floribus cœruleis Horti Lugd. Batav.: & in his semina congenerum more crescunt reniformia, fructibus maturis cauliculi exarescunt omnes, radice vivaci duntaxat superstite futuro anno novos cauliculos productura.

Cytisus

COLUTEA AFRICANA HUMILIS FLORE SANGUINEO. *Fig. 12.*



COLLETTA VILCANA HUMILIS FROM BRAZIL



THE AFRICAN LUBBERBEE, *ELIMIA ROBINSONII*



CYTISUS AFRICAN, HERBACEUS, FLORIBUS RUBRIS.

Fig. 13.



Cytisus Africanus herbaceus floribus rubris.

CAulis, qui ex radice perenni & nonnihil lignosa provenit, statim in varios dividitur ramulos, rotundos, tenues, pilosos & herbaceos, quibus uno sustenta pediculo folia adnascuntur terna & viridia, ramulorum cacumina terminantur in pediculum sesqui digito longiorem, qui spicatim flores profert multos, rubros & papilionaceos, fructus, qui flores sequuntur, oblongæ sunt siliquæ, planæ & quasi articulatæ, articulatæ enim revera non sunt, quum maturæ per longitudinem sua sponte aperiantur, semina in his continentur oblonga; prima æstate floret hic *Cytisus*, & autumno semina perficit.

Lilio-Asphodelus Americanus sempervirens
maximus, polyanthus albus.

AB uno capite pulcherrimæ hujus plantæ dependent radices albicantes & crassæ, truncus rotundus, qui ex his provenit, brachii crassitiem habet, fungosus est, & ex albo flavescit, quem foliorum decisorum reliquiæ inæqualem & tunicatum reddunt, hujus cacumen foliis componitur tribus pedibus longioribus, quæ ex duarum unciarum basi inventrem quinque uncias latum excrescunt, & in mucronem terminantur, intus nonnihil excavantur, foris elevantur, media æstate ex horum medio scapus erigitur tres pedes altus, qui multos & ex una sede provenientes sustinet flores albicantes inferius tubulatos, superius in sex partes divisos, è quorum medio sex stamina egrediuntur, horum apices transversim incumbunt & lutei sunt, fructum hætenus in Horto Medico produxit nullum.

Lilio-


LILIO-ASPHODELUS AMERIC: SEMPERVIRENS MAXIMUS. Fig. 14.



LIBRARY
OF THE
UNIVERSITY OF ILLINOIS

UNIVERSITY OF ILLINOIS

LIBRARY
OF THE
UNIVERSITY OF ILLINOIS



LILIO ASPHODELUS AMERIC: SEMPERVIRENS MINOR.

Fig. 15.



Lilio-Asphodelus Americanus sempervirens
minor albus.


UT in præcedente ita & in hac specie ex uno capite multæ dependent radices albæ & crassæ, quarum extremitates superiora versæ reflectuntur, & è terra provenientes novam sobolem producant, hujus truncus præcedentis trunci convenit, sed quadruplo tenuior & humilior est, folia triplo sunt angustiora & duos pedes longa, circa horum initium media quoque ætate scapus excrescit, qui flores producit plerumque quatuor tubulatos, albos & in sex partes æquales divisos, stamina horum apices luteos habent transversim incumbentes.

Apocynum Africanum lapati folio.

R Adicem habet crassam, albam & perennem, ex qua singulis annis primo vere duo tresve cauliculi proveniunt crassi, rotundi & virides, quibus folia ex adverso bina, nullo interveniente pediculo, adstant undulata, viridia, vix spithamam longa, per quorum medium nervus excurrit crassus & albicans, in cauliculorum cacumine multi apparent flosculi virides, monopetali & quinquefidi, quorum margines pilis albicantibus eleganter simbriatæ sunt, in horum meditullio capitulum apparet, quod quinquefariam dividitur, flores omnes ipso autumno, nullo hæcenus serereunt: ex quavis parte læsa lac

APOCYNUM AFRIC. LAPATHI FOLIO.

Fig. 20.



THE UNIVERSITY OF ILLINOIS LIBRARY

LIBRARY
OF THE
UNIVERSITY OF ILLINOIS



LIBRARY
OF THE
UNIVERSITY OF ILLINOIS

APOCYNUM AFRIC: SUBHIRSUTUM FOL: UNDULATIS.

Fig. 17.



P.S.culp.

*Apocynum erectum Africanum subhirsutum**foliis undulatis Parad: Bat.*

HOc Apocynum pagina vigesima quinta Paradisi Batavi a Cl: Hermanno nulla adjuncta icone describitur, quare ejus descriptionem additis addendis sequar; crescit in monte petroso vulgo *Steenbergh* ad Promontorium Bonæ Spei, tres quatuorve cauliculi ex eadem radice proveniunt, duos tresve pedes alti, virides, aliquomodo lanuginosi, qui calami anserini crassitiem habent, folia digitum longa in mucronem terminantur, ex adverso bina parvo sustenta pediculo cauliculis adnascuntur, & ad margines sinuata undulataque sunt omnia: flores umbellatim positi cauliculorum cacumen ornant, ex viridi flavescent, monopetali sunt, campaniformes, inversi & multifidi, horum capitula ex quinque in orbem positos componuntur corniculis, semina hæcenus in horto Medico matura produxit nulla.

C


Apocynum

Apocynum scandens Africanum Vinca pervinca foliis subincanum. Parad: Batav.

EX radicibus reptantibus cauliculi plurimi, & nisi sustentantur humi fusi, proveniunt, folia ex adverso bina parvis pediculis annectuntur, *Vinca pervinca* figuram habent, sed minora sunt, & senili quasi canitie albescunt, ex foliorum alis media ætate parvi oriuntur petioli, qui septem octove sustinent flores monopetalos, multifidos & inversos, quorum petala rubent, capitula albicant. Hactenus in Horto Medico fructus produxit nullos. Ex quavis læsa parte humor fluit lacteus.

Asclepias

APOCYNUM SCANDENS AFRIC: VINC: PERVINCE FOL: SUBINCANUM. T. 18.



J. S. Walp.

LIBRARY
OF THE
UNIVERSITY OF ILLINOIS

LIBRARY
OF THE
UNIVERSITY OF ILLINOIS

ASCLEPIAS AFRIC: AIZOIDES, FLORE PULCRE FIMBRIATO. Fig. 19.



P. S. Sculp.

*Asclepias Africana aizoides flore pulcre
fimbriato.*

EX tenuibus fibrosisque radicibus cauliculi
proveniunt quadrangulares, denticulati &
virides, qui oblique eriguntur, facile in alios divi-
duntur, & spithama longiores sunt, ex foliorum in-
cisura quocumque anni tempore pediculus excre-
scit sesqui digito longior, qui in calyce quinquifido
florem fert monopetalum, quinquifidum &
coriaceum, foris flos viret, intus extremitates &
margines petalorum rubent, pars media viridis li-
neis transversis & rubentibus notatur, capitulum,
quod floris medium occupat, stellæ instar dividi-
tur & rubet, cæterum flos integer fimbriis ruben-
tibus & sericeis intus pulcerrime ornatur. Locis
saxosis ad rivulorum margines crescit, & Octobri
in Promontorio Bonæ Spei floret, ut in Codice
Nobiliss: & Ampliss: Consulis D: D: Nicolai
Witsen notatur.

Arum Americanum colocasia folio maculatum,
cauliculis fuscis.

Idem Cauliculis viridibus.


Habet utrumque Arum subrotundam, inæ-
 qualem & nigricantem radicem, ex cujus
 parte suprema multæ & albicantes interiora ver-
 sus producuntur fibræ, ex his cauliculi eriguntur
 spithama nonnumquam longiores, in una specie
 virides, in altera fusci, in utraque tamen cum
 albedine nonnihil variegantur, quorum quisque fo-
 lium sustinet umbilicatum instar foliorum *Coloca-*
sia Ægyptiaca, sed in utraque specie folia ma-
 culis sanguineis figuræ & magnitudinis indetermi-
 natæ notantur: anno hujus seculi quarto species
 cauliculis viridibus scapum ex ipsa radice produxit
 foliis altiorem, qui florem sustinuit monopetalum
 & anomalum ex albo viridem, qui pistillum em-
 bryonibus stipatum intus continebat, quorum
 nullus baccam produxit maturam: per integram
 ætatem viret utraque species, hyeme radices
 omni folio viduæ, siccatae in hybernaculis servan-
 dæ sunt. *Quam-*

ARUM AMERIC: MACULAT: CAULIC: FUSCIS ET VIRIDIBUS. Fig. 20.



P. S. fcuty.

LIBRARY
OF THE
UNIVERSITY OF ILLINOIS



LIBRARY
OF THE
UNIVERSITY OF ILL.

QUAMOCLIT AMERICANA HEDERÆ FOLIO.

Fig. 21.



P. S. sculp.

*Quamoclit Americana hederæ folio flore**Coccineo.*

TENUES & virides cauliculi, qui ex tenui & albicante radice proveniunt, perticas appo- sitas circumvolvendo amplectuntur, in longis pediculis folia habent instar hederæ arboreæ, quæ ab una parte virescunt, ab altera cæsi sunt coloris, ex horum alis flosculi longis sustenti petiolis nascuntur, qui monopetali infundibuliformes & quin- quifidi colorem habent coccineum; fructus, qui florem sequitur, subrotundus est, & semina ni- gricantia continet; media floret æstate, autumnò semina perficit.

*Momordica Americana fructu reticulato**sevo.*

EX fibrosa & parva radice sarmenta proveniunt tenuia, viridia & rotunda, his ab uno latere in pediculis sæpe digito longioribus folia nascuntur vitis foliis similia, ab altero latere claviculæ oriuntur, quarum ope perticis appositis adhærent, ex foliorum alis flosculi communi petiolo sustenti proveniunt lucci, & monopetali, qui profunde admodum secantur, ut pentapetali videantur, quorum alii steriles nullo adhærent embryoni, alii fœcundi embryoni insident, qui tandem in fructum excrescit oblongum, turbatum & echinatum, hic per maturitatem fungosus & retis instar perforatus est, in quo semina continentur oblonga, plana & nigricantia.

Cotyledon

MOMORDICA AMERICANA FRUCTU RETICULATO SICCO.

Fig. 22.



LIBRARY
OF THE
UNIVERSITY OF ILLINOIS

LIBRARY
OF THE
UNIVERSITY OF ILLINOIS

(COTYLEDON AFRIC: FRUTESC FOLIO LONGO ET ANGUSTO. *Fig. 23.*



P. S. Sculp.

*Cotyledon Africana frutescens, folio longo &
angusto, flore flavescente.*

Locis saxosis ad Promontorium Bonæ Spei
crescit hæc Cotyledon, in his regionibus
quavis avulsus ramulus in terram vere aut æstate
depactus facile radices agit, læteque crescit, cau-
lis rotundus brevis & viridis statim in ramulos di-
viditur, qui folia gerit digitum longa, crassa,
succulenta & viridia, quorum cacumina nunc ru-
bent, nunc virescunt, ramuli tandem excrescunt
in scapum aliquando sesqui pede longiorem, qui
in varios pediculos dividitur, è quibus in calyce
quinq̄fido flores dependent monopetali, tubulati,
flavescentes & quinq̄fidi, horum oræ sursum re-
flectuntur, & nonnihil rubent, stamina apicibus
luteis prædita e flore dependent, fructus ex di-
versis constat vaginulis, semine foetis exiguo.

Cotyledon

Cotyledon Africana frutescens flore umbellato


Coccineo.

TRuncum habet hæc *Cotyledon* rotundum, rubentem & quasi geniculatum, qui in ramos dividitur, quos folia ex adverso bina ita amplectuntur, ut a ramulis transfadigi videantur, hæc succulenta, lata, mucronata & pauca hirsutie fimbriata sunt, ramulorum cacumina pulcherrime ornantur floribus numerosis, coccineis, & umbellatim positis, & erectis, qui omnes monopetali, tubulati & quinquefidi sunt, & in calyce quinquefido & succulento nascuntur, fructus è variis vaginulis componitur semine minutissimo foetis: per integram floret ætatem, ex avulso ramulo in terram depacto facillime propagatur, cum ilico radices agat.

COTYLEDON AFRIC: FRUTESC: FLORE UMBEL: COCCINEO. Fig. 24.



LIBRARY
OF THE
UNIVERSITY OF ILLINOIS



LIBRARY
OF THE
UNIVERSITY OF ILLINOIS

TEUCRIUM OR: ANGUSTIFOL: LACINIATUM.

Fig. 25.



*Teucrium Orientale angustifolium laciniatum**flore magno subcœruleo Tourn: Corall: instit.*

EX radice varii exsurgunt cauliculi, quorum tenuiores humi fusi cacumen tamen erigunt, crassiores & vegetiores statim a radice eriguntur, & quadrangulares sunt, quibus folia adstant ex adverso bina, quæ multiplici incisura dividuntur, ex foliorum alis, præsertim in caulium cacumine pediculi oriuntur, qui spicatum flores gerunt numerosos, hi monopetali, ex adverso proprio sustenti pediculo bini, labiati & subcœrulei sunt, superioris labii seu galeæ locum occupant stamina, quæ apices habent cœruleos, labium inferius quinquefariam dividitur, pars inferior cæteris major excavatur, femina in perianthio florem evanidum sequuntur quatuor.

D

Lamium

Lanium Orientale foliis eleganter laciniatis

Tournef: Corall: instit:

EX una eademque radice varii & simul proveniunt cauliculi quadrangulares & firmi, qui etiam in alios quasi ramos dividuntur, his folia adstant viridia, nervosa & eleganter laciniata, ab imâ parte ad cacumen usque secundum folia verticillatim cauliculos flores ambiunt monopetali, labiati & galeati, cujus galea cochlearis instar excavatur, labium cordiforme est & bifariam dividitur, rubent eleganter omnes, & fimbriis galea pulcerrime ornatur, semina quatuor in floris calyce maturefcunt.

La-

LAMIUM ORIENT: FOLIIS ELEGANTER LACINIATIS.

Fig. 26.




P. J. Sculp.

LIBRARY
OF THE
UNIVERSITY OF ILLINOIS

LIBRARY
OF THE
UNIVERSITY OF ILLINOIS

LAVENDULA TENUIUS ET ELEGANTIUS DISSECTA. *Fig. 27.*



J. S. Galt.

Lavandula folio longiore tenuius & elegantius

dissecto Tournef: Corall: inst:

Frutescit hæc cariensis species lavendulæ, cauliculi & rami qui juniores virent, hirsuti & quadrangulares sunt, lignosi tandem, fusci, & rotundi evadunt, folia digitum aliquando longa multifida tenuiterque incisa cauliculos ambiunt, lanuginosa & cinerei coloris, ramulorum cacumina terminantur in virgulas quadrangulares nudas & lanuginosas, quæ inspicia nunc simplici nunc duabus tribusve simul junctis flores sustinent cœruleos, monopetalos, labiatos & galeatos, galea erecta bifariam, labium autem trifariam dividitur: facile ex semine deciduo, quod singulis annis maturum in horto Medico profert, propagatur.

*Moldavica Orientalis Betonica folio, flore
magno violaceo Tournef: Corall: instit: II.*

HÆc Moldavica, quæ singulis annis matura profert semina, caulem habet quadrangularem, qui etiam in ramulos quadrangulares dividitur, quibus ex adverso folia adstant bina, oblonga, viridia, nervosa & ferrata, in foliorum alis parva alia etiam apparent foliola & quasi aculeata, his etiam in calyce tubulato adsunt flores monopetali galeati & labiati, magni, colorisque violacei, galea sursum reflectitur & bifariam ut labium dividitur, semina quatuor in utriculo seu calyce aperto flores sequuntur matura.


Moldavica

MOLDAVICA OR: BETONICÆ FOL: FLORE VIOLACEO. *Fig. 28.*



PLANTAE INDICAE. T. 1. P. 1. 1793.





MOLDAVICA ORIENT: MINIMA OCYMI FOLIO .

Fig. 29.



Moldavica Orientalis minima ocymi folio,

flore purpurascente Tournef. Corall: inst: II.

Vix pedem alta est hæc Moldavica, caulis & ramuli quadrangulares folia ex adverso bina oblongo rotunda, nervosa & nonnihil pilosa sunt, ex foliorum alis in calycibus tubulatis verticillatim flores crescunt numerosi, parvi, purpurascens labiati & galeati, galea ut in cæteris speciebus reflectitur & bifariam cum labio dividitur, foliola etiam quasi acculeata ut in præcedente specie secundum folia reperiuntur, femina quoque quatuor flores singulos sequuntur. Semina plantarum Orientalium, quarum nunc & icones & descriptiones exhibeo, mecum communicarunt Clarissimi Viri Josephus Pitton Tournefort D: M: Parisiensis, Academiæ Regiæ scientiarum socius & in horto Regio Botanices Professor, & Andreas Gundelsheimerus, M: D: invistissimæ Borussia Majestatis Regiæ Consiliarius & Archiater.

*Cassida Orientalis incana foliis laciniatis flore**luteo Tourn. Corall: instit:*

EX radice perenni cauliculi producuntur numerosi, qui humi serpunt omnes & facile agunt radices, novamque plantam constituunt, his folia adnascuntur oblonga & cinerei coloris, quorum utraque margo profunde inciditur, circa cauliculorum extremitatem in pediculis flores apparent lutei, labiati & galeati, galea duabus instructa est auriculis, labium bifariam dividitur, calyx flore decidente tandem excrescit & operculo tegitur galeam referente, quod in nullis verticillarum generibus fieri solet, quare Cassidam hoc genus Fabius Columna vocavit, semina quatuor in calycibus galeato operculo tectis inveniuntur.

CASSIDA OR: INCANA FOLIIS LACINIATIS .

Fig. 30.



J. Scaup

LIBRARY
OF THE
CITY OF ILLINOIS

LIBRARY
OF THE
UNIVERSITY OF ILLINOIS

CYNOGLOSSUM OR: FRUCTU UMBILICATO CRISTATO.

Fig. 32.



*Cynoglossum Orientale Buglossi folio fructu**umbilicato cristato Tournef: Corall: inst.*

Singulis annis ex fato semine hoc Cynoglossum propagandum, quod caulem habet rotundum & in varios statim ab ipsa radice divaricatur ramos, quibus undique folia adstant oblonga, angusta & mucronata, ramulorum cacumina in longos terminantur pediculos, qui in parvis petiolis flores ex luteo rubentes sustinent monopetalos, infundibuliformes & multifidos, quorum pistillum in fructus mutatur quatuor oblongo rotundos, planos, umbilicatos & cristatos.

*Linaria Orientalis, lili persici foliis, florum
spica densissima & pyramidata Tourn: Corall: inst: 9.*

PUlcerrimam hanc Linariæ speciem mecum commuicavit Vir Doctiff: Andreas Gundelsheimerus seu potius ejus semina anno 1703, ad altitudinem quatuor pedum excrevit, caulis erat rotundus, in varios dividebatur ramulos, his absque ullo pediculo adhærebant folia quatuor quinqueve unciis aliquando longiora uncia latiora, acuminata & glauca, ramuli omnes terminabantur in spicam longam, cui densissime hærebant flores lutei magni, monopetali & anomali, quorum pars postica in caudam desinebat, anterior in duo labia ut in cæteris speciebus dividebatur.


Lysima

LINARIA OR: LILII PERSICI FOLIIS SPICA PYRAMIDATA. *Fig. 32.*



STATE
of ILLINOIS
UNIVERSITY OF ILLINOIS

LIBRARY
OF THE
UNIVERSITY OF IL



And. L. C.

LYSIMACHIA OR: ANGUSTIF: FLORE PURPUREO.

Fig: 33.



P. S. Kulp.

*Lysimachia Orientalis angustifolia flore purpureo**reo Tournef. Corall: instit:*

TRes quatuorve ex eadem radice fibrosa cauliculi proveniunt alati, quibus folia viridia undique & copiose adstant, quæ tres uncias longa ex basi angustiore in ventrem triplo latiorem excrescunt & in mucronem terminantur, per horum medium nervus unicus tendit, caules omnes in spicam terminantur pede longiorem, aliæ etiam laterales spicæ ex foliorum alis oriuntur, quæ quo caulium cacumini propinquiores eo ipso longiores sunt, quæ omnes floribus ornantur purpureis & numerosis, monopetali sunt omnes, multifidi, exigui & raro patuli; floruit secundo sætionis anno, & semina priusquam produxit matura, perit.

E*Papaver*

Papaver Orientale hirsutissimum, flore magno,

Tournef. Corall. instit. 601

Perennat radix hujus Papaveris, ex qua singulis annis folia in longo & hirsuto pediculo producuntur longa & lata, quæ omnia in lacinias iterum laciniatas dividuntur, nervus per foliorum & laciniarum longitudinem excurrit crassus, ab utraque parte folia sunt hirsutissima, ex eadem radice pediculi etiam oriuntur rotundi, hirsuti, tres quatuorve pedes alti, quibus undique folia adstant, prioribus similia, pediculi hi terminantur in florem ruberrimum & pentapetalum, stamina nigricantia capitulum medium ambiunt, fructus oblongus capitello ornatur & semina minutissima continet.

PAPAVER OR: HIRSUTISSIMUM FLORE MAGNO.

Fig. 34.



W. H. W.

LIBRARY
OF THE
UNIVERSITY OF ILLINOIS

UNIVERSITY OF THE
UNIVERSITY OF ILLINOIS

ANEMONOSPERMOS AFR: FOL: PLANTAGNIS FLORE SULPH:

Fig. 35.



J. S. Sulp

*Anemonospermos Africana foliis plantaginis
flore sulphureo.*

Multa ex eadem radice fibrosa & perenni
proveniunt folia, lata, nervola & ferrata,
hæc pediculis sustentantur longis, ab una parte
planis ab altera convexis; surgunt etiam ex ea-
dem radice pediculi rotundi, sesqui pede longiores,
quorum cacumina in calyce squamoso terminantur,
florem ferunt discoideum radiatum, radiorum petala
lata & sulphurea sunt, quæ discum constituunt,
ex atro rubent; semina oblonga tomento invol-
vuntur. Cæterum folia, florum foliorumque pe-
diculi, hirsutissima sunt omnia, per integram floret
ætatem.

*Anemonospermos Africana jacobæa maritima**foliis, flore sulphureo.*

CAuliculus statim ac ex ipsa radice produci-
tur folia emittit plurima, quæ multiplicibus
eisque profundis laciniis dividuntur & in mucro-
nem terminantur, tandem cauliculus in pediculos
dividitur & terminatur sesqui pede longiores,
qui in capitulum exeunt squamosum, quod tan-
dem florem profert discoideum radiatum, quo-
rum petala radium constituentia ut in præceden-
te sulphurea, sed angustiora, flores, quibus discus
componitur, ex atro quoque rubent, semina in
tomentosis capitulis maturescunt; glauca sunt &
quasi senili canitie folia & pediculi obducuntur,
media floret æstate.

Eli-

ANEMOSPERMOS AFRIC: JACOBÆE MARIT: FOLIIS . . . Fig. 36.



LIBRARY
OF THE
CITY OF ILLINOIS

UNIVERSITY OF THE
STATE OF ILLINOIS

ELICHRYSUM AFR: TOMENTOSUM FRUT: CALYCE ARGENTEO. Fig. 37.



*Elichrysum Africanum tomentosum frutescens**calycis argenteo.*

EX radice lignosa caulis provenit rotundus, crassus & fuscus, qui in ramos divaricatur, quibus undique folia adhærent unciam longa, angusta & mucronata, quæ una cum ramulis ita sericis & quasi argenteis pilis obducuntur & ornantur, ut tota quasi ex argento & serico confecta videantur, ramulorum cacumina ornantur capitulis squamosis & argenteis, quæ calycem constituunt, in quo multi stellæ instar divisi videntur flosculi, quos semina sequuntur pappo instructa, per avulsum ramulum in terram dejectum, & semina primo vere propagari debet.

*Elichrysum Africanum tomentosum frutescens**facies vulgosa aurea.*

Rigidiores quam in præcedente, & minus flexiles sunt hujus Elichrysi ramuli, faciem, præterquam quod folia triplo sunt minora & rigidiora, habet eandem, pilis enim etiam sericis quasi & argenteis tota planta exornatur, ut si disjunctæ omnique flore viduæ videantur, nisi quis foliorum magnitudinis meminerit, eamque cum ramulorum rigiditate respexerit, facile in alterutra eligenda & nominanda falli posset: ramuli hujus in capitula terminantur, aurea & squamata, quæ calycem constituunt, & flosculos plurimos producant, semina in pappum terminantur, utraque species primo vere flores producit, autumno semina perficit.


Gen-

ELICHRYSUM AFR: TOMENTOSUM FRUT: CALYCE AUREO. *Fig. 38.*



LIBRARY
OF THE
UNIVERSITY OF ILLINOIS

LIBRARY
OF THE
UNIVERSITY OF ILLINOIS



CENTAURIUM MAJUS ORIENT: GLASTI FOLIO .

Fig. 39.



J. J. Wulf.

Centaureum majus Orientale erectum, glastâ

folio, flore luteo Town: Corall: instit.

EX vivaci & superflite radice primo vere folia prorumpunt longa, lata & cineracia, inter hæc caules proveniunt quatuor pedibus altiores, & alati, quibus folia annectuntur longa, prioribus angustiora, qui caules tandem terminantur in capitula magna squamata & argentea, è quorum cacumine flores multi erumpunt lutei, quos semina pappo instructa sequuntur: hujus semina mecum communicavit vir doctissimus Andreas Gundelheimerus M. D. Boruffiæ Majestati Regiæ a Consiliis & Archiater:

Senecio

Senecio Africanus arborescens ficoidis folio 65

facie.

Semina papposa in calyce cylindræo & multifido, quæ anno hujus seculi secundo Nobilissimus Præmontorii Bonæ Spei D: W: Adrianus van der Stel ad Nobilissimos & Amplissimos Horti Medici Curatores misit, plantam hanc prodixerunt, quæ duorum annorum spatio altitudinem pedum duodecim superavit, caulem habet crassum & rotundum, cui undique adhærent folia crassa, succulenta & mucronata, ramulorum cacumina in varios terminantur pediculos, qui flores in calyce multiscisso & cylindræo ferunt multifidos, semina, ut ante dixi, papposa: cæterum glauca est tota planta & rore cœsio obducta, truncus in frustra scissus, & in terram depectus ilico radices agit.

Coma

SENECIO AFR. ARBORESC. FICOIDIS FOLIO ET FACIE.

Fig. 40.



UNIVERSITY OF THE
UNIVERSITY OF ILLINOIS



UNIVERSITY OF ILLINOIS

COMA AUREA AFRIC: FRUTIC: FOLIIS INCISIS ET DENTATIS. *Fig. 4.*



Coma aurea Africana fruticans foliis inferioribus incisís, superioribus dentatis.

F Rutescit hæc Coma aurea, quemadmodum & illæ, quas in altera parte hujus horti descriptas exhibui anno hujus seculi primo: caulem habet hæc pedalem, rotundum & fuscum, in varios dividitur ramulos primo virides dein quoque fuscos, his folia adstant duplicia, inferiora nimirum longa & instar foliorum coronopi inciduntur, superiora parva sunt & rigida, in mucronem terminantur posteriora versus flectuntur & utraque margo dentata est, ramulorum cacumina floribus ornantur discoideis non radiatis luteis & umbellatim positis, quos semina sequuntur papposa: primo vere & æstate floret, autumno semina perficit.

Jacobæa Africana frutescens foliis incis. &

subtus cineraceis.

AD humanam sæpe altitudinem exsurgit Jacobæa hæc, caulcm habet rotundum & pilosum, qui in ramos divaricatur rotundos etiam & pilosos, quibus nullo intermedio pediculo folia annectuntur longa, ferrata & mucronata, quæ superius cum viriditate splendent, subtus quasi cinere obducta nonnihil albescunt, ramulorum cacumina in varios pediculos terminantur, qui flores gerunt discoideos radiatos, luteos, quos semina plurima papposa sequuntur. Per integram floret hæc Jacobæa æstatem, & autumno ejus semina maturescunt.

JACOBÆA AFRICANA FRUTESC: FOLIIS INCISIS.

Fig. 42.



F. J. Sculp.

OF THE
SENATE OF ILLINOIS

OF THE
UNIVERSITY OF ILLINOIS

PERSICARIA OR: NICOTIANÆ FOL: CAL: FLOR: PURPUR. Fig. 43.



Persicaria Orientalis Nicotiana folio Calyce

florum purpureo Tournef: Coroll: Inst:

Semina hujus elegantissimæ Persicariæ mecum primo Doctissimi Viri Tournefortius & Gundelshæimerus communicarunt, dein eadem mihi Smyrna milit eruditissimus Sherardus, planta ex iis enata duodecim pedum altitudinem superabat, caulem habet geniculatum, folia longo pediculo caulis genicula amplectuntur, quæ longa lataque in mucronem terminantur, & nervosa sunt, ex foliorum alis pediculi oriuntur, in quos etiam plantæ cacumen dividitur, qui flores gerit racematim cohærentes staminiferos, quorum calyces magna cum amœnitate purpurascunt.

*Aloe Africana caulescens foliis magis glaucis
caulem amplectentibus & in mucronem obtu-
siorem desinentibus.*


ALoen hanc ut & quatuor sequentes prælu-
diorum pagina 68. cum icone descriptas
exhibui, quæ tamen quum editis præludiis in
Horto Medico floruerint easdem cum floribus
proponere & describere volui.

Radix hujus fibrosa, alba & dein fusca est,
caulem habet crassa crassiorcm, quem folia am-
plectuntur glauca, succulenta, oblonga & in
mucronem obtusum exeuntia, qui æque ac folio-
rum latera multis spinis parvis, albicantibus &
fatis rigidis armatur: foliorum succus amarorem
habet ingratum: anno hujus seculi tertio ex plan-
tæ cacumine media æstate scapus prodiit duobus
pedibus altior, rotundus & viridis, cujus cacu-
men floribus multis, purpureis & dependentibus
ornabatur, qui monopetali erant & multifidi.

Aloe


MUNDT & CO. N. Y.

ALOE AFRIC: CAULESC: FOLIIS MAGIS GLAUCIS CAUL. AMPL. Fig. 44



UNIVERSITY OF MICHIGAN LIBRARY


LIBRARY
OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN



of the
UNIVERSITY OF ILLINOIS



ALOE AFRIC. CAUL. FOL. GLAUCIS CAUL. AMPLECT. BREVIORIB. Fig. 35.



p. S. Sculp

Aloe Africana caulescens, foliis glaucis brevioribus caulem amplectentibus, foliorum parte interna & externa nonnihil spinosa.


EX radicibus rotundis in capillares exeuntibus planta erigitur pede nunc altior, quæ caule sustentatur rotundo & satis pro plantæ altitudine crasso, folia huic circumstant glauca, rigida, succulenta, duas uncias lata & quinque longiora, quæ in mucronem obtusum ac spinosum terminantur, & spinis in utraque margine albicantibus armantur, in horum prona & supina parte hinc inde maculæ tandem apparent rotundæ & albicantes, quæ sensim eriguntur & in spinas albicantes abeunt, anno 1703. ex summitate scapus prodiit tribus pedibus longior, qui rotundus & fuscus, foliolis paululum a se invicem distantibus vestitur, & in longiori spica floribus ornatur primo viridibus, dein ex rubro purpurascens, monopetalis & multifidis.

*Aloe Africana humilis spinis inermibus &
verrucis obsita.*

R Adices hujus Aloes fibrosæ sunt & albicant, è quibus folia producuntur multa, quatuor uncias longa, succulenta & glauca, quæ ab utraque parte verrucis & spinis inermibus, hoc est, vix pungentibus, obducuntur, & in mucronem versus plantæ medium reflexum exeunt: singulis annis bis è plantæ medio nunc simplex, nunc geminus exit scapus rotundus, & viridis, cui undique parva & mucronata adhærent foliola, & cujus cacumen sesqui pede nonnunquam altius flores exornant monopetali & multifidi, qui rubent extremitate virescente. Succus hujus Aloes saporem exhibet primo nonnihil amaricantem, sed mox dulcem.

Aloe

ALÖE AFRIC. HUMILIS SPIN. ET VERRUCIS OBSITA. Fig. 46.



LIBRARY
OF THE
UNIVERSITY OF ILLINOIS

HERBARIUM OF THE UNIVERSITY OF ILLINOIS

of the
UNIVERSITY OF ILLINOIS



ALOE AFRIC. HUMILIS FOL. EX ALBO ET VIRIDI VARIEGAT. ^{Fig. 47.}



Aloe Africana humilis foliis ex albo & viridi

variegatis.

Radix huic planta alba multisque prædita est geniculis, facile novas plantas producens, ex his folia producuntur quatuor uncis longiora, succulenta, crassa, rigida & in acumen triangularem exeuntia, ubique hæc folia viridia maculis nunc parvis, nunc magnis & albicantibus notantur, foliorum margines & dorsum linea albicante & scabra obducuntur: è foliorum medio scapus exit rotundus & maculatus, è cujus cacumine flores aliquot dependent rubri, monopetalii & multifidi: foliorum succus subdulcis.

Aloe

*Aloe Africana humilis folio in summitate
triangulari & rigidissimo, marginibus albicantibus.*

Folia aliquot in orbem posita radice sustentantur albicante & fibrosa, quæ folia viridia, rigidissima & crassa sunt, trium unciarum longitudinem, sesqui latitudinem habent, in summitatem mucronatam & triangularem exeunt, & utraque margine albicant: scapus rotundus tenuis & longus in quinque pediculos dividitur, qui flores sustinent monopetalos multifidos, hi omnes intus albicant, extus virent. Succus hujus Aloes insipidus & aquosus est.

F I N I S.

ALOE AFRIC. HUMILIS FOL. TRIANGULARI RIGIDO ALBICANTE. Fig. 18.



LIBRARY
OF THE
UNIVERSITY OF ILLINOIS



